

nunq̄ in eo ieunantes (sabbato sancto pasce solo excepto) sed et carnes in eo comedunt  
 splendide sp̄ epulantes. Sacramentū pr̄terea cōfirmationis parvulis suis mox post  
 baptismū cōferunt per simplices sacerdotes cōtra ecclesie vetitū. Nam et sacramentum  
 eucharistie eisdem tribuunt sub vtrags specie: nō solum adultis. Amplius in fermento  
 cōficiunt contra ecclesie p̄hibitionem et christi institutionē. Nam dominus ip̄e noster  
 in ultima cena. id est prima die azimorū (quod tres ex euangelistis exprimunt) quando  
 nihil fermentatū debet esse in dominib⁹ iudeorū vt habeatur Exodi. xii. et azimo pa-  
 ne eucharistie cōfecit sacramentū et instituit. Neq; attendere volunt aut intelligere qđ  
 iuxta apostolicam doctrinā expurgato fermento veteri malicie et nequicie in osūmis sin-  
 ceritatis et veritatis epulari debemus. Aquam etiam in missa vino nō miscent. vt mani-  
 feste de cis magister in quarto sententiarū dist. xi. dicit. Debet enim propter institutionē  
 aqua vino apponi. quia etiam dominus noster p̄habiliter creditur apposuisse iuxta mo-  
 rem illius patrie quia nunq̄ ibi vinum propter eius sortitūdīnē bibitur purum autine  
 aqua. Et qđuis de aqua nō fiat mentio in euangelio. quia nō est principalis materia in  
 hoc sacramento. eius tamen appositiō cōpetit huic sacramento. et qđsum ad representa-  
 tionem passionis christi. et quantum ad significationē rei huius sacramenti que est cor-  
 pus christi misticum per aquā signatū. Aque etenim multe populi multi dicit scriptu-  
 ra. Vnde appositiō aque ad vinum significat vniōmem membrorū ad caput rōne ipsius  
 cōiunctionis. Et amorem capitis patientis p̄ membris ad ip̄a. ex hoc qđ ex duobus cō-  
 iunctis vnum efficitur. Et p̄cessum redēptionis a capite ad membra ex ip̄a transfor-  
 matione aque in vinum. Verum cōficiunt quidem greci et in fermento et sine aqua. gra-  
 uiter tamen peccant ecclesie morem nō seruantes ex p̄temptu. Nam et nostris sacramē-  
 tis nec assurgunt nec reverentiā faciunt vllam. Qx si aliquē ex nostris latinis p̄sbyteris  
 in suo altari nostro celebrare ritū cōtingat. mox illud aqua ablūunt tanq̄ immundū ef-  
 fectum quo suo facto manifeste ostendunt qđ nos in azimo pane conficere minime cre-  
 dunt. tametsi verbis nō explicent. Postremo in eo iugiter perseverant errore suo qđ spiri-  
 tū sanctus a patre p̄cedat nō filio. quam ob perfidiā tolerandā trecenti. decem et octo  
 patres in Nicena synodo sancta cōgregati fuerūt. et ordinato symbolo (quod Athana-  
 sij dicitur) ita cōcluserunt quo ad illum articulum. Spiritus sanctus a patre et filio nō  
 factus nec creatus nec genitus sed p̄cedens. Anathematizantes nihilominus eos qui  
 eidem symbolo addere aliquid vel subtrahere presumerent aut aliquo modo cōtraueni-  
 re. Sed obstinatū est pro sua arrogantia insipiens cor eorum. et dicentes se esse sapien-  
 tes ip̄i greci: stulti facti sunt. sed et perfidi heu nimis.  
 Greci in magno numero sunt Hierosolymis: et miro modo infesti nobis latinis. Ipsi  
 horum habent maiore in templo dominici sepulchri pro suo vsu. atq; capellam san-  
 ctorum angelorū. p̄ templū foris. In diuinis officijs vtuntur lingua sua greca tamū.  
 quare et laici eoz omnia intelligunt. quibus cantando vel legēdo clericī vtuntur. In as-  
 līs vero negochīs vel cōtractibus cū alijs lingua vtuntur arabica aut sarracenia.

Littera greca que est p̄pria eorū hic infra subnotatur.

Alpha	Bita	gamma	delta	e.	zeta	ita	thita	iota	cappa	labda	mī
α	β	γ	δ	ε	ζ	η	θ	ι	κ	λ	μ
mi	xi	omi cron	pi	zo	sigma	tau	phi	chi	psi	omega	
N	ξ	ο	π	ε	σ	τ	ν	φ	χ	ψ	ω



**De Surianis qui Hierosolymis et locis illis manentes  
etiam se asserunt esse christianos.**

Eorum sunt etiam Hierosolymis quidam alij Suriani appellati a civitate Sur quondam preminentia ut aliqui dicunt. Vel Syriani a provincia Syria, a qua et syri nominantur. Hi in terra orientali sub diversis regibus et principibus sarracenis atq; barbaris iugo seruitutis oppressi sunt ab omnibus. semper tributarum et servi, homines imbelli et prorsus inepti ad prelia. ut potest timidi et formidolosi. unde nec arcubus utuntur aut sagittis ut ceteri. sed ad agriculturam et alias inferiores labores sunt aptiores. Sunt etiam ex magna parte heretici. homines dolosi. duplices animo atq; mendaces. amici fortune. et ad munera accipie da promptissimi. Furium et rapinam quasi pro nibilo habent. Secreta christianorum rbi possunt ad infideles proditorie deseriri et sarracenos. inter quos nutriti et cõmixti didicerunt opera eorum mala. Vrtores suas more sarracenorum diligentissime inclusas custodiunt. et tam ipsas q; filias suas in publicum non sinunt exire. nisi lintheaminibus inuolutas. relatasq; panano nigro super facies suas: ne ab alijs videantur. Q; eorum filie adeo custodiunt accusate. ut non nisi despionate a maritis. prima nocte copule transacta possint videri. quemadmodum et sarraceni circa filias suas itidem seruant. Exemplo patriarche Jacob q; ad Rachelem se existimans ingressum expletis nuptiis. mane repperit Lyam. Hi Suriani. grecorum institutiones ritus et mores. in omnibus et per omnia imitantur: nullo articulo eorum excluso. Habent etiaz cõmuniter unum de suis in templo dominici sepulchri inclusum. atq; pro suo visu ecclesiam quandam possident in eo loco fabricata rbi quondam erat domus matris sancti Job annis euangeliste. ante cuius ostium stetit Petrus pulsans cum eductus esset de carcere Herodis. ut habetur Actuum. cij. Ipsi in temporalibus negotiis lingua vuntur Arabica sine Sarracenica. In spiritualibus vero sive diuinis officiis. lingua greca. Quidam vero ex ipsis etiam Chaldaicam sciunt linguam. et ea dum libet vuntur. Quis littera vera est hic infra subinserta.

A	B	C
D	E	F
G	H	I
J	K	L